Fr. Henricus de Gurman Magr. Prou.lis Terræ Sanctæ attestor et fidem facio quod in Regestis Ordinis pro Prouincia Bethica, quæ apud me aseruantur fol.o 83.o reperitur clausula tenoris sequentis —

Die 4.a decembris fuit commisa causa restitutionis graduum P.P. fris fran.i de Philippis, et fr. Mathæi á S. Thoma R.R. A.A. P.P. Magistris Proc.i Gnali, Secretario Iudicis, et Prouincial. Angliæ = quod fuit rescriptum R.mi P. Nri Magri Gnalis ad memoriale quoddam R. P. Magri fr. fran.i felipe et R. P. P.ti fr. Mathæi felipe á S. Thoma pro redintegratione ad suos gradus instantium —

Et quod in alio Regesto (quod uocatur Epistolarum fol.o 51. continetur sententia R.R. A.A. P.P. Magistrorum Iudicum et approbatio, ac subscriptio R.mi P. Nri Magri Gnalis tenoris sequentis = In nomine San.ctmæ Trinitatis Nos infrascripti Iudices delegati iussu R.mi P. Nri Generalis fr. Antonij de Monroy causam hanc A. R. P. Mri fr. fran. Philippi tum suo tum R. P. Presentati fr. Mathæi á S. Thoma absentis nomine eidem R.mo P.ri Nro Generali expositam attenté ac maturé examinauimus allegatum grauamen, pro cuius remedio supplicatur diligenti consideratione perpendimus, ac demum concorditer in hanc sententiam (solum Deum et Iustitiam præ oculis habentes) conuenimus quod supposita narratorum ueritate ambo supplices exaudiendi sint, ipsorumq. postulatio admittenda, cum plena utriusq. supplicantis redintegratione in eum statum, in quo fuerunt antequam omisso Iuris ordine (prout allegatur) possessione et usu suorum graduum priuarentur. Ita iudicamus, determinamus, ac pronunciamus, Christi nomine inuocato, et citrá præiudicium, hoc omniq. alio meliori modo &. atq. in fidem singuli proprijs manibus subscripsimus hac die 26 Ianuarij 1638 – fr. Thomas Maria Ruffus Proc.r Gnalis Ordinis fr. Iacobus Riccius Sac. Indicis Cong.nis Sec.rius manu pp.a = fr. Leonardus Hensen Magr. Proulis Angliæ manu pp.a = Nos fr. Antonius

de Monroy. Visa suprascripta sententia á Judicibus á Nobis de[…]
lata, habito grauiorum Patrum consilio, eamdem secundum […]
mam ac uerborum tenorem approbandam ac confirmandam duxim[us]
harum serie nostriq. auctoritate officij approbamus ac confirm[amus]
et inuiolabiliter praecipimus obseruari. In nomine Patris et Filij [et Spiritus]
sancti amen. Et in fidem his sigillo nostro munitis propria man[u]
subscripsimus. Romae 18 Januarij 1658 – fr. Antonius de […]
Magr. Ordis. Loco + sigilli – Reg.ta fol. 63. – fr. Henricus
Guzman Magr. Prouly. Terrae sanctae –
Quod transumptum de consensu Rmi. P. Nri ad instantiam […]
Testatur. Romae apud S. Mariam super Mineruam die […]
1658 –

fr. Henricus de Guzman […]
Stus ferret.